

condukerit civitatis iam praedictae, Donati medietatem et Martini medietatem, praedictam dotationem donationem et assignationem ratam tenere volumus atque gratam, volentes et mandantes, ut quicumque idem theoloneum exnunc condukerit sive christianus fuerit vel iudaeus plebano de Pirne eandem pensionem integraliter sine diminutione aliqua persolvat temporibus supradictis, si indignationem nostram voluerit evitare, adiicentes de gratia speciali, quod conditiones, quas si forte adiiciemus in locatione dicti theolonei, ut videlicet habentes censum in iam dicto theolonio primo anno vel tempore etiam quocumque in medietate seu tertia vel quarta sive quacumque alia parte census stent contenti, praedicto plebano de Pirne in nullo praeiudiciales sint penitus vel nocivae. Et si forte dictus plebanus in eodem censu impediretur certis temporibus et contra detentorem non solventem sub forma iuris canonici procederet, id esset de nostra libera voluntate nec nos in eo aequaliter offendisset. Ut autem haec nostra ratihabitio a nobis liberaliter facta robur obtineat perpetuae firmitatis, hanc nostram litteram praenotatae cappellae dari fecimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Pirne in die sancti Valentini anno domini M° CC° LXXXIX praesentibus nobili viro Alberto de Lißnig, Ottone de Donyr burcgraviis, Bothone de Torgouw, Thimone dicto Knuth, Theoderico dicto Pubzch, Hermanno de Thannefelt militibus et Johanne nostro notario et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach einer Abschrift aus dem 15. Jahrh. (Cop. 1 fol. 9) im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.
Wegele Friedr. d. Freid. S. 404 mit der irrthümlichen Angabe: Nach dem Orig. in Dresden.

No. 3. 1291. 24. Sept.

Markgraf Friedrich der Freidige verspricht, den Bischof und die Kirche zu Meissen in dem Besitz der Stadt Pirna, welche Bischof Withego von den Treuhändern des verstorbenen Markgrafen Friedrich von Meissen und Landsberg erkaufte hat, zu schützen und zu vertheidigen. Datum Lipzich anno domini M°. CC°. LXXXI°. VIII°. Kalendas Octobris.

Codex diplomat. Saxon. reg. II. 1 p. 335.

No. 4. 1292. 22. Febr.

Bischof Withego von Meissen bestätigt die Innung der Schuhmacher zu Pirna.

Nos Withego dei gratia Misnensis episcopus recognoscimus et tenore praesentium publice protestamur, quod omnes confoederationes¹⁾ seu compromissiones, quae vulgariter nuncupantur innunge²⁾, quas universitas calcificum nostrorum civitatis Pirnensis ex antiquo usque ad nos habuisse dinoscitur vel habuit, ratas et inviolabiles ipsis servare seu tenere volumus et easdem communitates praesentium litterarum testimonio confirmamus. Et ne super hac confirmatione nostra aliquod oriatur dubium, supradictis calcificibus nostris praesentem dedimus litteram sigilli nostri munimine roboratam. Datum et actum Pirnis in castro anno domini M° CC° XCII° in festo Kathedrae sancti

1) Cop.: *considerationes*. 2) Cop.: *innige*.